

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xvi. De varijs modis occisionis, & mutilationis, & irregularitatibus inde
prouenientibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

dam sit, auricula tamen, id est, cartilago illa, quæ est circa aures, non est membrum, cum necessaria non sit audiencia, sed potius tutela, & ornamentum auris, ex Nauar. Manu. cap. 27. num. 222. vers. septimo infertur. Constat in Clem. Si furiosus pat. 3. initio Relect. numer. 8. de homicid. & Henriquez lib. 14. capit. 8. §. 3. eti. Maiol. lib. 2. capit. 25. numero quinto, contrarium insinuat, cuius opinio vera esse potest, quando in poenam culpa abscissi, vel perforata esset, vt Nauar. & Henriquez vbi supra, satentur, tunc enim tanquam infamis, irregularis censendus erit.

18. Inferitur secundo, irregulariter esse eum, qui mammillam feminam abscederet, ex Baldo, in I. data opera, C. Qui accus. non possunt, num. 75. quamvis Couart, in Clem. Si furiosus, pat. 3. initio, nu. 8. vers. Secundo, de homicid. & Henriquez lib. 14. c. 8. §. 3. sub dubio contrarium dicant, sed maledicta v. t. constat, quælibet mammilla in feminam habet officium per se distinctum, sicut quilibet oculus, aut quilibet auris, vt superius exposuimus.

De Variis modis occisionis, & mutilationis, & irregularitatibus inde prouenantibus. Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Homicidium, quot, & quibus modis fieri possit, & soleat.
- 2 Baptismo omnis indecentia, & horror ex occidente, vel mutilatione iusta, vel iniusta, omnisque irregularitas inde procedens, abluitur.
- 3 Ligna ad hereticos comburendos afferens quando irregularis est.
- 4 Index proferens mortis, aut mutilationis sententiam, ac alij officiales, irregularares sunt.
- 5 Irregularitas ex sola animi intentione ad aliquem occidendum, non incurritur.
- 6 Minister mortis sententiam scribens, an, & quando secuta morte irregularis sit.
- 7 Accusator alicuius, secuta morte, aut mutilatione, irregularis.
- 8 Delictus delictorum, cum sint quasi accusatores priuati, secuta morte, vel mutilatione irregularitatem incurrit.
- 9 Tesis sue sponte, siue ex iudicis precepto coactus in causa sanguinis, irregularis efficitur.
- 10 Actus contra reum, adiuvatus, procurator, & sollicitator fiscalis, secuta morte, vel mutilatione sunt irregularis.
- 11 Jurisperitus, & qui quis alius Doctor consultus super factum contingent, & in iudicium deducto, quando irregularis censendus.
- 12 Extensor omnis vindictæ sanguinis, & alij ministri similes, irregulares sunt.

Quamvis Variis modis aliquem occidere, aut mutilare contingit, aliquando enim cooperando, aliquando exequendo, aliquando consulendo, aliquando eniam defendendo, huiusmodi committi solet, de his omnibus, & similibus modis inquitendum est, quando, & qualiter exinde sequatur irregularitas. Quia vero & a Laicis, & a Clericis hec fieri possunt, in primis de Laicis, deinde de Clericis glationis doctrina gratia differemus.

In viuensum autem tradi solet haec Regula, quam etiam probat Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. ar. 2. tractat. de Irreg. pag. 164. & Nau. in Man. c. 27. n. 209. Cosmus Philiarch. pag. 164. de officiis. Sacerd. c. 11. s. 1. Tolerus lib. 1. Instruci. Sac. c. 27. Not. 4. [Omnis, & folus ille, qui post baptismum occidit, aut mutilat hominem in casu licito, aut causam propinquam præterit, vt talia fiant, vel citius fiant, extra in-

culpsibilem necessitatem vita defendenda, irregularis est.] Quæ Regula tam Laicis, quam Clericis conuenit, & sic intelligenda est. Dixi post baptismum. Quia ut superius dictum est, baptismo abluitur in decetia, & horror ex occidente, vel mutilatione iusta, vel iniusta, & solis baptizatis poena hæc irregularitatis ex homicidio prouenientis ab Ecclesia imponitur, ut ex cap. si quis viduam distin. 30. conitat. Dixi Hominem ad includendum quemcumque hominem tam fidem, quam infidem, & ad excludendum mutilationem cadaveris, aut deformationem fetus nondum animatus; vnde Minister iustitia, qui cadaver in fructu diuidit, & dilacerat, aut combutit, si nihil cooperatus est circa hominem viuum, non est irregularis, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 210. & 217. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 1. Dixi in casu licito quia in illico causatur irregularitas alterius speciei scilicet ex delicto. Dixi, aut causam propinquam præterit, quia non sufficit ad irregularitatem hanc incurriendam, quod quis sit causa tremora mortis, aut mutilationis, qualis est, qui vendit, aut conficit gladium, aut funem, quibus per sententiam Iudicis iugulatur, aut suspe ditur reus Angelica, verbo, Irregularitas. 1. §. 20. vers. Quarta. Tabiena, cod. 1. §. Tertio, vers. Quarta. vnde qui facit gladium, arma, sclopum, funes, vel hunc modi, aut vendit ea arma, aut aconitum in genere, ad vius ad quos sunt instrumenta, non est irregularis, quia est causa remota mortis, sicut nec irregularis est, qui venderet bello etiam iam in dicto, aut donat ante prælium iustum, secus autem est si in particulari vederet, aut conficeret, vt reus occideretur, vel mutilaretur. vnde, qui dat, vendit, aut subministrat pugnabitibus corpori iam prælio arma offensiva, vt gladium, lanceam, sclopum, aut imminentem tempore mutilationis, aut iugulationis autoritate publica, funes, aut gladium, quo reus suspenditur, & occiditur, venderet, irregularis est. Item qui ligna ministrat igni, quo quis viuus comburitur per sententiam iudicis damnatus irregularis est, quia vere hi omnes cooperantur propinquæ ad mortem. Sed si ligna illa non sunt cooperata ad combustionem eius, putat quia iam mortuus erat, quando ligna attrit, vel antequam accenderetur ignis in illa materia, non erit irregularis, ex Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 24. & Palud. 4. d. 15. q. 3. art. 2. Conclus. 2. in fine. Felin. in cap. sicut dignum, §. Hi quoque, de homicid. Card. in Clem. Si furiosus, ad fin. de homicid. & Specul. ut dispensat. §. iuxta, nu. 45. Socin. in c. ad audientiam, nu. 62. de homicid. & S. Anton. 3. pat. tit. 29. de Irreg. cap. 1. §. Homicidium opere, & Henriquez lib. 14. cap. 3. §. 8. & cap. 12. §. 4. Maiol. lib. 5. c. 4. §. 8. 4. num. 5. Summa Asten. pat. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. q. 4. Angelica, verbo, Irregularitas, 1. num. 18. Tabiena verb. Irregularitas, 1. nu. 18. Tabiena verb. Irregularitas, 3. §. 23. Viuald. tract. de Irreg. num. 278. & num. 279. & Fr. Medina, lib. 1. Instruci. cap. 1. §. 10. qui alerit afferente ligna & falces ad comburendos hereticos non esse irregulari, si ligna ab alijs applicentur, quia videtur causa remota, nec agit vt minister iustitia, sed ob indulgentias, & zelum fidei; cuius oppositum verius & commune est, nisi excusat, quia ignorat suis lignis fusse cōbustum viuū, vt notat Henriquez lib. 14. c. 3. §. 8. in annot. in litera E. si autem de hoc dubitatur, melius est tenere certū, & se reputare irregulariter, ex S. Ant. vbi supra, post Palud. 4. dist. 25. q. 3. art. 2. Concl. 3. in fine. vnde Maiolus, & Viualdus vbi iupræ addunt, viros illos religiosos, qui luminaria, & sacras imagines post damnatos deferunt, vt in mortis articulo eos ad salutem instruant, cauere debete, ne ex suis luminaribus ignem accendi concedant, vnde damnatus comburatur. Dixi vel citius fiant, qui enim est causa non solum occisionis, aut mutilationis irregularis est, sed etiā quiete causa accelerandi mortis, aut mutilationem, vt si reo dicat, pone caput super lignum, seu cippum, ob quod citius ponit, quam alias ponere; & citius decollatur, vel ascende scalam. Item qui incitat, & roget satellitem, vt acuat gladium, funes præparat, & aptè accommodet alia instrumenta, vt ita cum minori dolore mortis acceleretur. Item qui tortorem monet, vt cito faciat, vt securim præparat, & temel & nō sapienter faciat, aut plura ligna igni admouet, quibus viuus hereticus citius cōburitur, & de-

nunc

nique qui aliquid facit, aut dicit etiā ex pietate, vnde acceleretur alicui mors, vel mutilatio: esto, quod omnino alias morti, aut mutilari debuit, est irregularis, ex S. Anton. 3. pat. iii. 26 de irregul. capit. 5. §. Homicidium opere. Sylvest. verbos, homicidium 3. quest. 2. verſ. Tertium Taberna, verbo, irregularitas, 3. num. 14. §. Decimo tertio, Nau. in Manuāli, capitul. 27. num. 217. versicul. Decimo Tertio, & Martin. Ledetm. 2. 4. quæſt. 26. art. 2. tract. de irreg. pag. 364. colum. 2. in fine. Simon Maiol. lib. 2. capit. 10. nu. 3. & lib. 5. capit. 48. §. 4. numer. 3. & Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 3. vbi in anno; litera H. addit. quod si Religofus obtinuit a Iudice, ut citius terminaret item criminalem, sit irregularis. Dixi extra necessitatem vita tuenda, quia hec ab irregularitate excusat, ut infra dicemus. Ex qua Regula sic declarata, multa inferuntur.

4. *Primo* Infertur, Iudicem proferentem sententiam mortis, vel in mutilationis, nec non aſſefforem, eſſe irregulares, pater: quia hi ſunt cauſa propinqua homicidij, vel abfeſſionis membrorum, & maximè ludex qui velut prima, & preecipua cauſa eſt, que imperio ſuus mouet, & compellit alios, & ſponte uſcepit officium, cui annexa eſt obligatio etiam iurata occidendi cum opus eſt, & cuius intentio eſt tollere malefactores de Repub. tanquam medium per ſe ordinatum ad pacem Reipub. c. Si quis viduam, & ibi glor. in verbo. Si quis, c. Sepe princeps, &c. His a quibus, 23. q. 8. & capit. Clerici, & cap. ſententiam ſanguinis, Ne Clerici vel Monachi. Hoft. in Summa, lib. 5. de homicid. 6. Quæ pœn. num. 5. Summa Confefſ. lib. 3. tit. 1. queſt. 21. Summa Ateniſis, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. Syluest. verbo Homicidium, 3. q. 2. verſic. primum. S. Anton. 3. part. titul. 29. c. 2. §. 1. in fine. Angelica, verbo, Homicidium, 5. in princip. Martin. Ledeſim. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irregul. pag. 364. colum. 3. Nau. in Manual. capit. 27. num. 212. Simon Maiol. lib. 2. c. 6. num. 3. Ioseph Angles in Florib. 4. Sent. queſtion. de Sacram. ordinis, art. 4. Iacobus de Graff. lib. 2. c. 27. num. 18. 19. & seq. Summa Corona, tract. de irregul. num. 7. Vigald. titul. cod. num. 23 1. & num. 303. Seb. Medic. in Summa par. 2. tit. 9. q. 34. Coſtumus Philiarchus par. 1. lib. 4. c. 1. 1. 5. 2. Tolerus lib. 1. in ſtruct. Sacerd. capit. 27. Henriquez lib. 14. c. 1. 2. 6. 2. & eſt communis ſententia. Idem de aſſeffore qui dictauit ſententiam, & quolibet alio Ministro qui ſententiam exequitur, aut ſententia formā extendit, aut extenſam legens in iudicio, Notarius item ſententiam ſcribens, aut qui ſignat ſcriptam a famulo, & ſuo ſigillo facit authenticam, aut ſententiam pronunciat, aut teſtimonia teſtium ſcribit, aut legit quando publicantur pro tali occiſione, aut mutilatione irregulareſ eſt, & etiam alijs omnes qui informati iudicem de cauſa, vel proceſſu fecuta morte vel mutilatione, ſunt enim hi omnes cooperatores iudicii; Secūs autem morte, aut mutilatione non fecuta irregulareſ ſunt, Hoft. & Socin. in ead. ad audiētiam, memb. 4. verſic. Secundo queſtitur de homicid. Maiol. lib. 2. c. 6. num. 6. & 8. Henriquez lib. 14. cap. 12. §. 2. nec illa eſt de his dubitatioſ.

Dubium, tamen est. An predicti ex sola officij assumptione: hanc irregularitatem incurrit, re nondum sortita effectum, nec dum iudicio pronunciato. Quidam affirmant quod sic Spec. tit. de dispensat. §. iuxta, verticu. Sed quid de Iudice Summa Astenis, par. 2.lib.6.tit. 14.artic. 4.q.3. S. Anton. 3.par. tit. 29.c.2.8. 1.in fine. Summa Confessio de homicid. q. 23.lib.2.tit. 1. Maiol.lib. 2.c.6.num. 3.vbi id expresse docet de Iudice, & numeri 4.vbi id docet de Tacobellione, addi que quod ex ipsa officij assumptione est sola dispensatio Episcopalis, id quod etiam docet S. Anton. cit. secuta vero morte, & mutilatione est Papalis. Alij tamen ut Host. in c. Significati, 2.de Homicid. & Socin. in capit. sententianis, Ne clericis vel Monachis, membro 4.9. Hu. cap. si quis post distin. 51. Nau. in Man. c. 27.num. 22.1.in fine saepe, & expresse Henrique lib. 14.c. 12. §. 1. negant, & hoc est verius, quia communis opinio DD.est, irregularitatem non incurri ex sola animi intentione, sed ex solo actuali homicidio, & mutilatione; vnde, qui tentauit occidere hominem, aut infixit lethale vulnus, a quo tamen est per miraculum sanatus est, irregularitis non erit, vt Sotus lib. 5. de iust. q. 1. art. 9. ante medium. Fr. Medina lib. 1.in

stuc.c.1.t.5.10.Henriquez lib.14.c.5.5.6.8. & 5.8. & Mich
Salon.2.2. in q.64.att.8.Controu.1.Conclus.1.tentatur.
Dubium aliud est, An quicunq[ue] minister scribens senti-
tēm mortis, aut mutilationis sit irregularis, secuta mor-
te, aut mutilatione? Responde, Si talis scribit, aut trans-
scribit, sententiam tanquam officialis iustitia, (quan-
uis Notarius non sit) aut dictat literas, quibus iube-
tur fieri deformatio, irregularis erit, sicut & priuatis viris,
qui mandante priuato Domino literas scribit pro membra,
aut mutilationis sententiā, irregularis est, morte secuta, vel
mutilatione. Qui vero famulus scribendo non inficit tan-
quam causa moralis mortis aut mutilationis, licet materialiter,
& per accidens transcribit dicta cum a iudice, affi-
fore, vel Notario sententiam, aut qui iussus protulit Pro-
cessum notarii, aut atlutus equum iudici associatio reum
mortis, irregularis non est. Summa Astens.par.1.lib.6.att
14.att.4.S.Anton.3.par.tit.29.c.2.ante fi. Henriquez lib.
14.c.1.2.8.1. Sicut minister viaturi qui facit contractum,
& scribit rationem dati & accepti, obnoxius est restitu-
ni: secus si solum scribat in libro rationem dati & accepti,
sine eo quod faciat contractum, sed solum per accidens
numerat pecuniam, talis enim non inficit moraliter in
damnum iniurium alterius, vt teneatur restitutiō, nec de
tali ministro conqueritur mutuatarius Iesus. ex Palud.4
dist.1.q.5.att.5.vestis. De seruiente Adrian. in 4. lib.
14.c.12.8.2.in annos.litera O.

Secundo Infertur, accusatorem alicuius, secuta morte, aut mutilatione, irregularem esse, quia cooperator est in iudicij, c. sententiam, & c. Clericis. Ne Clerici vel Monachi. Socin. in d.c. sententiam. Specul. tit de dispensati, iuxta. Nau. in Manual. c. 27. num. 212. Martin. Ledem. 4. q. 26. art. 2. tract. de irregul. pag. 364. colum. 3. Coeua in Clemen. Si furiosus, par. 2. §. 5. num. 1. de homicid. Maiol. lib. 2. c. 7. num. 4. & Henriquez lib. 14. capit. 12. §. 8. & com munis opin. DD. si enim ludex, ut dictum est, irregularis est, qui cogitare punire nocentem, & iustitiam admittit re, a fortiori accusator irregularis erit, etiam in casu, quo accusatio meritoria sit, & publica puniti.

Item delatores delictorum, cum sint quasi quidam accusatores priuati, irregulares sunt morte, aut mutilatione secuta, ut si quis viro deferat adulterium vxoris, ob quod sequitur occisio, aut mutilatio, ex Maiolo lib. 5, ca. 8, num. 7, & Henriquez lib. 14, c. 12, §. 8. & facit cap. sicut. §. Qui vero, de homicid. Secus tamen si ex peccato, aut vulgi loquacitate retulit rumorem, nec putauit, aut intedit ideo inferendam mortem, vt ijdem authores vbi supradicunt. Sicut nec irregulares erunt delatores delictorum, que facta non sunt, sed vt futura mente subiecti, eo animo, vt Magistratus delicto faciendo obiueret, & non vi deo supplicium sumat, ex Maiolo lib. 2, c. 7, num. 2. Neque irregularis est delator, qui derulit ad iudicem crimen, quod non meretur occisionem, aut mutilationem, cui postea lex sic delatum iniuste, aut alia de causa aliunde ad cuncta delata mutileat, aut occidat, modo non teneretur illud esse dñe probabiliter eventurum ex Rich. 4. dist. 25, ar. 5, q. ad quintum, & Nau. in Manu. cap. 27, num. 214, quia non dat causam propinquam aut sufficientem tali occisione. Siquidem in hoc casu mutilatio, aut mors illa non provenit ex illa delatione, sed aliunde, in hac autem materia, non satis est ista aliunde consequi, sed quod ex talibus sequatur, id est, ex tali causa data; quo fit vt si quis capiat a indice, & statim occidatur ab alio quam a iudice, id Iudice sed aliam ob causam, ita vt non fuerit alter mors ex dicto iudicis, tunc Iudex non erit irregularis ex occiso ne facta ab alio, nec hic delator, si a iudice alia de causa muriletur.

9 *Tertio Infurter, Testem siue sponte, siue ex iudicis precepto coactum in causa sanguinis esse irregularem; qui est principalis cooperator, cum super eius testimonio sententia firmiter, unde dicto suo influit in mortem, & hoc etiam si sunt multi testes, quia ab unoquoque illorum perdet veritas totius iudicij, & sententiae arg. c. sent. Ne clem vel Monachi. Spec. iur. de dispensi. §. iuxta, vers. item huius, & Socin. in d.c. sententiam, mem. 4. ver. Secundo cur*

Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. vigesimo secundo.
Sylvest, verbo, Homicidium, 3. q. 2. vers. primum. Nauar. in
Man. c. 27. num. 212. Angelica, verbo, Homicidium, 3. in
princip. Somma Alten. pat. 2. lib. 6. titu. 1. 4. art. 4. Ioseph
Anglic. in Florib. 4. Sent. part. 1. quest. de Sacram. ordin.
art. 4. Maiol. lib. 2. c. 8. num. 1. & 2. Henriquez libr. 14. C. 12.
§. 2. Quoniam enim illa vis & coactio excusera peccato,
non tantum ab irregularitate, secuta morte, aut mutilatio-
ne, sed & quous modo reum prodere etiam occultu-
m & complices delicti, aut iudicarem viam qua teus iuri,
aut contra eum testificari, ad hoc, ut sit irregularis, ex Pano-
pia. Qui cum fure, de furti. Maiol., & Henriquez vbi su-
tenit, a mutilationem furis, non tenetur indicare furem
in d. cap. Qui cum fure, & Maiol. lib. 2. cap. 8. num. 3. &
item, testes ad torturam, vel alias patres processus pre-
iudiciale reo rogati, irregulares sunt, secuta eius mortis,
aut mutilatione, ex Maiolo cit. num. 3. & Henriquez vbi
sunt, §. 2. Immo, testis qui non depositit de delicto, quia
ignota, sed rogatus de fama, & de ea deponens, coopera-
tor iudicij. Etidem dicendum est de eo, qui interrogata
ans antea solitus sit ferre arma, vel noctu vagari, de ijs
respondens, quia per hoc aggrovatur opinio rei, cooperato-
rū confitur. Sicut etiam qui interrogatur de minis, aut
alijs verbis, super quibus iudex sententiam suam fundat,
secuta morte, aut mutilatione irregularis erit. Et denique
si ex verbis testis fur innenatur, aut occidatur, aut molute-
ri, irregularitatem incurrit, ex Sylvest. in verbo, Homi-
cidium, 3. q. 7. vers. Sextum. Maiol. lib. 2. cap. 8. num. 2. &
Henriquez libr. 14. cap. 12. §. 9. Unde si quis in bivio, vel
trivio constitutus sit, & interrogetur a satellite quia via fut-
erit, & respondet: hac non iuri, irregularis erit, si sequa-
tur mortis, aut mutilatio, cum exinde fatelis probè conju-
cere possit qua via abierit, Angelica, verbo, Irregularitas,
1. num. 14. Sylvest. verbo, Homicidium, 3. qu. 7. vers. Sex-
tum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. vigesimo secundo.
S. Anton. 3. pat. tit. 29. cap. 2. §. 1. in fine Alten. in Summas
pat. 2. lib. 6. titu. 1. 4. art. 8. quest. 23. ideoque vii poterit ver-
bis ambiguis, aut possit non respondere. ex Maiol. libr. 2.
cap. 8. num. 2. & Henriquez lib. 14. C. 12. §. 6. & citat. Nau.
in Man. cap. 18. num. 61. quod intelligitur extra iudicium,
iudicatio enim veritatem testari sine ambiguitate de-
bet.

10 Quero Infetur, Actorem contra reum agentem, ad-
vocatum, procuratorem, & sollicitatorem fiscalem, item
qui iudicē de causa & processu informat, aut processum
summat ad faciliorem Iudicis instructionem, aut qui in
fusorem sibi elicet dubia, contrarietates, exceptiones, aut
nullitates, irregulares esse, fecuta morte, vel mutilatione,
secundum glori. & DD. in cap. aliquantos, seu ut alij textus
habent, in cap. aliquando, d. 5. 1. Panor. in cap. sententiam,
Ne derici vel Monachi. Holtiens. in ca. ad audientiam, de
homicidio. Aftens. in Summa par. 2. lib. 6. t. 14. art. 4. Sylves.
verb. Homicidium, 3. quest. 2. vers. primum. Na. in Man.
c. 17. n. 112. Martin. Ledelm. 2. 4. q. 16. art. 2. tra. de irreg.
pag. 164. colum. 3. Angelicam, verbo, Homicidium, 5. in
princip. Maiol. lib. 2. c. 9. num. 1. & 2. & Henriquez lib. 14. c.
12. §. 8. & §. 10. Item Jurisconsultus, aut quisvis alias Docto-
rii consilii super factō contingenti, & in iudicium deduc-
to, & rogatus quæ pena de iure tali delicto debeatur, si
respondeat debetri vindictam sanguinis, vel mutilationis,
irregularis est, si exinde Index eum occidi, aut mutilari
faciat, ag. d.c. sententiam, & Specu. tit. de pena. §. iux-
ta, vers. Sed queritur quando Maiol. lib. 2. cap. 9. nu. 6. &
Henriquez lib. 14. c. 12. §. 10. Quod etiam procedit nō so-
lito in consiliori contra reum, sed etiam in consiliori
pro reo, si exinde absolviatur reus, & occidi, aut mutilari
faciat accusatōrē, ex eo quod accusatōrē pena talionis pu-
nitur, quia ad consilium eius reus accusatōrē penam talio-
nis obicit. Panormitan. in capitū. Clericis, numero 10. Ne
derici vel Monachi. Holt. in capitū. ad audientiam, de ho-
mici. Tabena, verbo, irregularitas, 2. §. Decimo Maiol.
lib. 2. capitul. 9. numer. 7. & Henriquez lib. 14. capitul. 12.
§. 10. Consultores vero, qui diuersas scriptorum sententias

referunt, etiam circa casum contingentem, & in iudicio pendentem non sunt irregulates. Spec. vbi sopra, §. iuxta, versicul. Quid si Iudex Maiol. & Henriquez vbi supra sicut nec qui eas resert de cathedra, aut ostendit auctorem qui eas opiniones resert. At vero si relatis hinc inde sententijs diversis, quis suam afferat, aut dicat se talem sententiam & auctorem sequi, erit irregularis, si iudex eam sequens, reum morte, aut mutilatione puniri faciat. Argum. c. ex literis, de excessi prelat. Spe. Maiol. cit. nu. 10. Raym. ut de homicide. verf. item nota.

12. *Quinto* Inferritur, Executores vindictæ sanguinis, & omnes comites, satellites, milites iustitiæ, lictores, quos vulgas Birros, & Bargellos vocant, esse irregulates, capit. sententiam, Ne Clerici vel Monach. Spec. titul. de dispens. §. iuxta, versicul. item litigiosus. Maiol. libr. 2. capitulo. 10. numer. 1. & 2. & Henriquez libr. 14. capitul. 12. §. 2. Inter executores autem numerantur ministri tortura, ligantes, & trahentes funem, vt rei confessionem extorqueant. Item deferentes instrumenta parata ad exercēdam vindictam sanguinis, vi funes, malleos, gladios, cippos, scillas; Item qui scalam facit, aut gladium acut, ut illo statim iuguletur reus, aut membrum eius abscindatur, argum. capitul. quæstum, & seq. 23. quæst. 4. Sylvest. verbo, Homicidium, 3. quæst. 2. versicul. secundum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. numer. 26. §. vigesimo quinto Maiol. libr. 2. capitulo. 10. numer. 2. & Henriquez lib. 14. capitul. 12. §. 2. Naua. in Manual. capitul. 27. numer. 217. versicul. vndecimo. Frat. Medina libr. 1. Instruct. capitul. 1. §. 10. Item irregulares sunt nuncij, mandatij, cursores in causa sanguinis depu-tati, sunt enim hi omnes cooperatores iudicij sanguinis. Specul. d. §. iuxta, versicul. item litigiosus. Maiol. lib. 2. cap. 10. numer. 6. & Henriquez libr. 14. capitul. 12. §. 10. Item illi omnes, qui de familia Pætoris pedestres, aut equestres comitantur malefactorem cum ducitur ad mortem, cum vadant ad defensionem si oportet. Sylvest. verbo, Homicidium, 3. quæst. 2. versicul. secundum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. vigesimo, & verbo, Irregularitas, 3. §. vigesimo quarto. Nauat. in Manual. capitul. 27. numer. 2. 17. §. vndecimo, & Henriquez lib. 14. capitul. 12. §. 2. non tamen populus qui ad spectandum accedi. Item præco qui reū præcedit, & caufam moris proclamat. Henriquez vbi supra. Item, qui satellites monet, vt caute & tuto reum defen-rant, & custodiunt, ne fugiat, ex Maiolo, libr. 2. capitul. 10. numero 4. & Henriquez libr. 14. capitul. 12. §. 2. Sicut etiā qui ducentibus furem dicunt, vt claudat os eius, ne clamet, ex Sylvest. verbo, Homicidium, 3. quæst. 7. versic. Q. iunio. Angelicas, verbo, Irregularitas, 1. §. 3. Irregularis est, qui id limitant, dummodo mors probabiliter fuisset impedita, aliis non. S. Antoninus autem 3. part. titul. 29. §. 1. in fine, & Rosella, verbo, Irregularitas. 1. §. 5. & Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo octauo, post Veruec. & Guil. & Astensem, in Summa, part. 2. libr. 6. titul. 1. 4. articu. 8. quæst. 21. simpliciter tenent, quod sit irregularis, quia iuuit du-centes dando consilium, vel persuadendo, quorum opini-o in praxi tutior est. Item qui videns latronem fugientem clamat, aut sonitum dat campanas ad conuocandum populum, ex quibus captus postea occiditur, irregularis est. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo nono. Maiol. libr. 2. capitulo 10. numero 5. Item, qui pulsat campa-nam vt conuocetur populus, quando reus ducitur ad mortem, si id faciat, vt reus secundius ducatur ad mortem, secus autem si columnmodo pulset ad signum, & publi-cum exemplum, ex Maiol. lib. 2. cap. 10. numero 5. His iuia in vniuersum ex prædicta regula illatis, dubia quedam in sequentibus dissoluenda sunt.

De Homicidio , vel Mutilatione facta ab aliquo defendantे se ab iniquo inuasore. Cap. XVII.

S Y M M A R I V M.

I Occidens, aut mutilans defendendo se ab iniusto inuasore
cum moderamine inculpat.e tutel.e, irregularis non est.